NOBILITATE ET PRUDENTIA
CLARISSIMIS VIRIS,
Dn. QUIRINO REHLINGERO,
Dn. MARCO VELSERO,
AUG. VINDEL. II. VIRIS PRAEF.
VII. VIRUMQUE COLLEGIO AMPLISSIMO.

ARDUUM videtur, Patres Ampliſſimi, Jurisprudentiæ intento, præclari nominis famam in Mathematicis ſcientiis quærere. Primum, quod legum cognitio, ſiderumque contemplatio, toto quaſi cœlo diſtantia: dehinc, quia plurimi, quæ Matheſeos argumenta propoſueris, ad res ſerias, minùs idoneum, elaboráſſe faſtidiunt. Hinc quæſtui & ſocordiæ omnibus modis dediti, præſtantiſſima quæque, vetuſtatis ſitu obducta, deflorata; contemnunt, aut ferè negligunt. Quibusdam hæc conſuetudo conciliat, nonnulla ipſa natura ingenerat; hunc de-

 victa-